



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

13 N

D. B. I.

**DE EO QVOD CIVITAS
EGIT.**

In incluta Argentoratensi Academia

P R A E S I D E

JO. HENRICO BOECLERO,

Historiarum Professore ordinario.

publice

more Academico

respondebit


JOHANNES ZECHIUS, Ulmenfis.

d. 29. m. Januarii.

ARGENTORATI,

Typis FRIDERICI SPOOR:

ANNO M. DC. LX.





VIRIS

Nobilissimis, Amplissimis, Prudentissimis, Con-
sultissimis, Excellentissimis, atq. Spectatissimis

DN. MATTHÆO *Rüchel* / in Inicyta Rep. Ulmenf. secretio-
rioris Consilii Assessori gravissimo.

DN. JOHANN-JACOBO *Thalern* / Terrifodinarum Illu-
striff. Comitis à Leiningen Admodiatori spectatissimo.

DN. ANDREÆ PHILIPPO *Fröttich* / J. V. D. & Reip. Patriæ
Prætori, & Consiliario laudatissimo, Gymn. Directori.

DN. GEORGIO FRIDERICO *Essen* / J. V. D. & Illustif-
simo Comiti ab Hannavv &c. Consiliario dignissimo.

DN. GEORGIO REGULO *Billingen* / Med. D. & Reip. Pa-
triæ Physico, & Gymnasii ibidem Scholarchæ meritissimo.

DN. JOHANNI *Commoresellen* / Inclutz Reip. Argentinensis
Senatus majoris Assessori, & Mercatori celeberrimo.

DN. JOHANNI VLTRICO *Weyenmalern* / Curatibus hono-
DN. FRIDERICO *Zech* / ratissimis, fidelif.

DN. JOHANNI CONRADO *Werdern* / Registratori Reip.
Patriæ benè merito.

Dnn. Patronis, Factoribus, Cognatis atq. Cura-
toribus debito honoris & observantia cultu profe-
quendis

Exercitationem hanc Academicam

d. d. d.

IOHANNES ZECH,
Ulmenf.

ACTIS CIVITATIS.

DE eo, quod Civitas egit, quæsitum

omni tempore esse, *Philosophus* testatur; neque deducta in hunc diem ignorare nos experientia finit.

Acta Civitatis non minus licebit dicere, quam *acta Principis, acta Sylæ, Cæsaris*, aliorum; qui potestate sibi debita, auctores actoresque fuerunt rerum, de quibus hoc loquendi genus exaudiendum est. Nam, quod *Actorum* vocabula commentarios indicare solent, ubi *acta Senatus, acta populi, acta diurna, acta judiciorum* signantur, nostram ad rem nihil nunc attingit.

Lip. Excurs. ad 4. A. Tac.

Intricavit haud parum nobilissimam disputationem, late diffusus error, quo plerique, quicquid *Aristoteles* in civili doctrina attingit, non ultra, quam ipse disserit, sibi requirendum existimant: quasi vel absolutæ essent, atque pettractatæ omnes ejusmodi disquisitiones; vel non amplius, quam exempla fortè assumpta significant, tota argumenti ratio pateret. Quod summo equidem illi vitio, quod specimen civilis doctrinæ non corpus, & id ipsum non explanata; sed oblecta ratione voluit exhibere, in mentem nunquam venisse, arbitrari fas est.

Bis proponit hæc dubitationem *Philosophus*: *ὄν γὰρ ἀμφισβητοῦσα, ἢ μὲν φάσκοντες τὴν πόλιν πετραχίαι τὴν πράξιν. οἱ δ' ἢ τῶν πολλῶν, ἀλλὰ τὴν ὀλιγαρχίαν, ἢ τὸν τυραννόν. Νῦν εἰμὶν δεῦθεν τῆ*

3. Polit. c. 2. ad. ed. L. 2. 2.

disputans: alii quidem, civitatem hoc egisse, alii, non civitatem, sed paucos ante tyrannum egisse dicentibus. Et postea, ἀπορῶσι γὰρ τινες, τίς ἢ τίς ἐπραξέ, καὶ ποῦτε ἐξ ἢ πόλις. ὅταν ὅταν ἐξ ὀλιγαρχίας ἢ τυραννίδος γένηται δημοκρατία. τότε γὰρ εἰ τὰ συμβόλαια ἴσῳ βέλονται διαλῶσαι, ὡς ἐ τῆς πόλεως, ἀλλὰ τοῦ τυράννου λαβόντες. ἢ ἔλλαττελὰ τῶν τοιούτων, ὡς εἴ τις τῶν πολιτικῶν πᾶν κρατεῖν ἴσας, ἀλλὰ οὐ διὰ τὸ κοινῇ συμφέρον. Qui locus non simplicem habet difficultatem: neque sincerus videtur, quod jam non nemini

A notatum

notatum video. *Miseris* tamen, quàm *secure*, & interpretes & commentariorum scriptores, inoffenso scil. pede transcurrant. Certè non hærent postrema prioribus. Omissum ergo aliquid fuerit, aut legendum, si eruditus placeat, mutato numero: *ὡς ἐστὶν τῶν πολιτῶν τὰ κρατεῖν ἔστι, ἀλλὰ ἔστι τὸ κοινὸν συμφέρον*. Vno ostendit exemplo, cùm multa sint, & subtiliter exequenda, ut postea apparebit, quando huic quæstioni locus sit: ubi nimirum populare imperium paucorum dominationi, aut vnus tyrannidæ successit. queri enim tū, an pacta conuenta ab vno illo aut paucis inita, etiam mutato statu, teneant ciuitatem siue populum? Atque hic quidem rationem dubitandi adducit. postea autem, in alium locum differt rem totam: *Εἰ δὲ δίκαιον διαλύει, ἵταρ εἰς ἑτέραν μετὰβαλλὴ πολιτείαν ἢ τέλος λόγου ἕτερου*. Ita enim acceperim hunc locum, ut in alia hujus generis disputatione paulò ante: *εἰς ἄλλον καιρὸν χρῆσιμὸς ἢ σκέψαι*. quando nimirum de ejusmodi mutationibus, & quæ inde consequantur, agendum erit. Aliter *Grotius*: contra quem non leuia sunt, quæ afferri possunt.

de l. B. 27
9. 8.

Cl. Felder.
in An. l. yf.
Pol. Arist.
L. 27 ff. de
orb. cred.

Sicut nec illos audire hic possumus, qui ad solas res creditas exemplum Aristotelis trahunt, & auctoritate *Miptani* utuntur, in quantum ciuitas mutui datione obligari possit. Res enim clamat ipsa, per omne argumenti ciuiliis genus, hanc disputationem non modo posse, sed solere produci. Neque frustra adiecerat *Philosophus*: *ἀλλὰ πολλὰ τῶν τούτων*.

Ut taceam, Ciuitatis appellationem accuratius hic ab *Aristotele* accipi, de societate perfectâ, & sui juris, rebus ad bene viuendum necessariis instructâ, ordineque imperandi & parendi distinctâ. Non enim verum est, quod multi scribunt, ciuitatem esse materiam instar, cui res publica sit pro anima. Ciuitas enim significat totum quid: sicut animal significat integram substantiam animatam. Libenter vtor verbis doctissimi *Comingii*: quorum veritas, tum ex infinitis *Aristotelis* locis, tum ex hac ipsa disputatione, quæ primam libri tertii partem constituit, demonstrari potest. Eodem pleno significandi genere, *Respublica* veteribus dicitur: Nos vtrouero hic vtemur, nihil in partes dissectum, aut aliunde suspensum, sed perfectam, libertatisque & imperij competentem societatem, ciuium intelligemus. laterim

Introduc.
in Polit.
Aristot. c.
9. p. 597.

Interea præclare est ab *Aristotele* notatum; pendens hæc, de civitate, quæstionem, ab alia illa; *quando civitas eadem, aut alia, sit dicenda?* Ένωσ δὲ ἀλλοῦ δὲ νόθου ἵνα τῆς ἀπορίας κατὰ τὸν χρόνον τῶν πόλεων ἵνα τὴν αὐτὴν, ἢ μὴ τὴν αὐτὴν, ἀν' ἑτέρας. Verum, quemadmodum ista se invicem juvant illustrentque, in ipsa suscepti argumenti designatione cognoscitur; ad quam, præmissis, quæ videbantur viam patefactura, descendendum est.

Quoniam ergo, uti dictum est, Civitatem nunquam hic de multitudinis, quæ nihil aliud, quàm multitudo est, sine ordine & spiritu illo, unde perfectio societatis hujus vnicè repetenda intelligitur, accipimus; factis apparet, id demum Civitatem egisse, quod à constituto semel statu, tanquam à causa, proficiscitur: sicut in singulari imperio, is qui jure regio est; in Aristocratiâ, optimates; in populari imperio, populus; in mixto stata, pro ratione & portione summæ potestatis participandæ, qui consortes sunt Imperii, civitatis jure & vi agere dicuntur. Etiam tùm, cum per legatos & curatores, tanquam publici hujus juris ministros, in quantum ejus rei idonea est significatio facta, res geritur.

Valente igitur, ut institutus est, statu, vix locus esse videatur hæc dubitationi, an Civitas egerit: nec esset forte, si æqualiter res humanæ & constantius haberent; aut doctrina civili de ceteris potius sapientiz, quàm opinione hominum ac libidine, semper vigeret. Verùm, quàm non sint levis momenti, quæ hic quoque disputantur, postea cognoscetur.

Conspectiora interim sunt, quæ mixto statu dubitantur; Quare & *Aristoteles*, tantâ necessitudine, nostræ quæstioni, illam alteram devinxit: *quando sit eadem civitas dicenda, aut alia?* Obsequimur hæcenus Philosopho, ut mutationes, quæ civitatibus eveniant, paulo subtilius persequamur, & ad singulas partes, exempla susceptæ disputationis subjiciamus.

Mutationes autem accidunt, *alia* quidem civitate manente eadem: *alio* efficitur, ut civitas non sit eadem: rursus *alio*, ut non sit civitas, siue ut desinat esse civitas.

In primo genere mutationum, occurrit dubitatio Aristotelica; *an mutata res publica forma, eadem sit dicenda civitas?* si regnum



gnant migrasset in Aristocratiam; hæc in popularem statum, & sic per omnes, quæ fieri possunt ad hunc modum, mutationes.

3. *polit. 2.* Responsum Aristotelis, quod mutata Reip. forma, non eadem sed alia sit dicenda civitas, securè arripunt adornantque Interpretes oblii, ut arbitror, formas, de quibus Philosophus loquitur, accidentales esse; civitatem autem, ut eadem sit, non debere Monarchiz, Aristocratiz, & sic deinceps, sed essentiali formæ, i. e. ordini imperandi & parendi, siue imperio, siue Majestati (eodem enim hæc recidunt) nondum ita consideratæ, ut in uno aut pluribus existis. Quod discrimen neglectum, omnem hunc locum

1. *R. 2. 9. 8.* tricus implevit. Contra Aristotelem Hugo Grotius rectè quidem pronuntiauit, eandem esse civitatem Romanam sub regibus, Consulibus, Imperatoribus; neq. referre ad hanc questionem, quomodo gubernetur civitas, regione, an plurimum, an multitudine imperio: Sed distinctio, quæ subjicitur, vel idem dicit, quod paulo ante diximus; atque tum omnino clarius debuisset proponi: vel difficultatem difficultate sanare instituit; sicut in sequentibus, de *diversa Juriconsulti & Politici consideratione*, fieri, non immeritò conqueritur Cl. Feldmann.

Locus fuit huic deliberationi, cum expulsis Roma Regibus, forma civitatis mutata esset. Ibi enim quidam populi pacem & fœdera cum Romanis, adhuc sub regno agentibus, facta, non servari oportere censebant iisdem in libertate constitutis. Quæ res cum in Sabinis etiam ageretur, repertus est Claudius prudentiz & fidei laude præstantissimus vir, qui tam importuna censesentes coarguit, idemque fœdus ac cum iisdem factum vim suam merito obtinere ostendit, ut auctor est Dionysius Halicarnassensis.

lib. 3.

Aristotelis exemplum hoc est: Si civitas ex tyrannide, aut oligarchia, in libertatem & populare imperium pervenerit, an tum corrupta patris commenta, sed & alia tyranni, aut paucorum dominatione, formare oporteat civitatem liberam? qui negabant, his rationibus utebantur: primo, quæ tyrannus, aut paucissimi egerunt, non egit civitas, quæ tantum ex facto suo obligatur. Quod si quis hic respondisset, etiam tali statu, ubi unus aut paucorum dominatio obviaret, esse civitatem, neque nisi ejus nomine censeretur ejusmodi

episcopi dportere: hoc illi negatum ibant, & civitatis ratio-
 nem hoc sine terminabant, si ad communem omnium utilitatem omnia
 referrentur: ubi aliter sit, non jus, non nomen republica, sed vim so-
 lam & potestatem superesse, contendentes. Quæ interpretatio
 Aristotelici loci, præsertim exemplo Tyrannidis & Oligarchiæ
 convenit, quas aded & timebant & despiciebant Græci, ut rei-
 publicæ aut civitatis nomine, statum talem non dignarentur.
 Libertatis enim, & popularis imperii studiosæ nationi, non ali-
 unde, quàm ab isto duplici genere periculum videbatur immi-
 nere. Nam quod doctissimus Piccatus putat, hoc eos velle, qua-
 si in tali civitate republica gemina viderentur, una qua proprium ^{in Com-}
 spectaret commodum & suum, sc. Tyranni & Oligarchicorum; altera ^{mentæ.} Polit. Ari-
 que commune commodum haberet, popularis videlicet; hujusque ^{scilicet.} 3.
 tantum non illius acta pro ratis habenda: stare non potest, aut ver-
 bis Philosophi, non distortis, convenire. Et de prima quidem
 illa ratione, quàm non sentiat magnificè Philosophus, ex multis
 Politicorum locis abunde demonstratur. Altera igitur ratio,
 qua nitebantur illi disputatores, hæc videtur esse: Etiam si conce-
 deretur civitatem id egisse, quod in Tyrannide aut Oligarchia actum
 est, à Democratia tamen, qua successit, exigi non potest, ut servetur.
 alia enim jam est civitas: à qua reposci non debet, quod alia egit. Non
 rejicit prorsus & statim Aristoteles, quod de alia civitate allatum
 erat: sed quomodo illa ratio soleat ac possit declarari, amplius
 ostendit. Id tamen non obscure declarat, neutra ratione obti-
 neri, quod illi velint. Primæ enim rationi facilè opponi, quod
 repugnet, exemplum posse: Non est civitas, aut non egit civitas, v-
 bi non referuntur omnia ad communem utilitatem. Annon enim in
 Democratia quoque hoc accidere potest? Si ergò Democratia τὸ ἀπα-
 λαισιον, ἀλλ' ἢ διὰ τὸ κοινὸν οὐκ ἔστιν, aliquid egeris, an negabimus, ci-
 vitatem egisse? quod utiq; optimates, aut quicumq; successerint, in talis
 causa, ambabus manibus apprehenderint. In altera ratione, eti-
 am si largiretur aliquis, non esse eandem civitatem, ab hac muta-
 tione (quod tamen accuratè loquentes nunquam dederint, ut
 ante dictum est) conventiones tamen servandas esse, de quibus
 hic quæritur, alibi & aliunde ostendi posse, non obscure Philoso-
 phus indicat. Quæritur itaque Interpretes: unde hoc demon-
 strari

Strari queat? Et alii quidem alia afferunt; exemplisque videntur
 interdum, parum huc pertinentibus. Liceat & mihi exprime-
 re, quod sentio. Omnino hic distinguere oportet, quæ cum alia
 ciuitate Tyrannus aut pauci egerint, & quæ in sua ciuitate con-
 stituerint. In hæc enim ciuitati plus juris esse, quàm in illa, du-
 bio carere, arbitror. Pactum conuentum erat τῶν τριάκοντα si-
 ue eorum, qui oligarchiam Athenis gerebant, cum Lacedæ-
 moniis, de pecuniis creditis. Nam triginta illi, in quorum ma-
 nu respublica erat, pecunias publicæ nomine sumserant à Lacedæ-
 moniorum ciuitate mutuas. Interim accidit mutatio, qua-
 lem *Aristoteles* ponit: ut à paucorum potestate ad populum re-
 cederet respublica. Reposcebant Lacedæmonii per legatos pe-
 cuniam, jure merito. obtendere poterant Athenienses mutati-
 onem ciuitatis, facinora triginta virorum, & expetendas ab ipsis
 pœnas. id quod in ἐρηφ' ἀμνησίας exceptum & reservatum erat.
 neque adeo defuerunt, qui dicerent, à triginta viris, qui his pecu-
 niis contra cives in Piræo vsi erant, repetendum hoc nomen.
 Alii autem de communi ciuitatis exsolvi, æquum censebant. at-
 que horum valuit sententia apud Athenienses. Judicarunt enim,
 hæc pacta conuenta, non civili lege aut formulis tantùm tœnda,
 sed ipso naturæ dictatu, ad immobiles magnæ illius & infinitæ
 societatis humani generis leges exigenda esse. Fidem enim fun-
 damentum uniuersæ iustitiæ, non tam in hoc aut illo cœtu, quàm
 in ciuitate humani generis, habendum. Neque aliud in animo
Demosthenes habuit, cum hoc factum laudat; κατὰ τὸ δῆμον ἐπι-
 στασιν ἐνεργῆσθαι αὐτὸν καὶ μετασχῆναι τῆς δαπάνης, ὥστε μὴ λῦσαι τὸν
 ἀμολογημένον μῆδ' ἄν. *Ferunt, populum maluisse per se conferre im-
 pensus, quàm de pactis conuentis quicquam non impleri.* Et mox A-
 thenienses alloquens: τότε μὲν τοῖς ἡδικοῦσιν ὑμᾶς ὑπὲρ τὰ μὴ ψεύ-
 σασθαι τὰ χρήματα ταῦτα εἰσφέρειν ἠδελήταί. *Et tum quidem et-
 iam illis, qui injurii in vos fuerunt, pecunias illas conferre voluistis, ne-
 quid de rerum conuentarum fide deperiret.*

orat. con-
 sta Lepti-
 nem.

Atque hæc ratio valeret, etiam si reuera alia facta esset ci-
 uitas: quoad externos. Fingamus enim, ciuitatem aliquam
 redactam esse in formam prouinciæ, i. e. non mansisse eandem
 ciuitatem, sed factam esse partem alterius. Illam autem, cum
 adhu

ad hoc liberata esset, mutuas accepisse aliunde pecunias. An pro-
 pterea ad nos tabulas confugiet, quia jam non est eadem, quae
 fuit civitas; imo ne civitas quidem, sed pars alterius civitatis?
 Nunquam dixerō. Fides enim rerum creditarum non jam civili,
 sed humano jure nititur: neque civili consolatione tolli potest
 id, quod efficitur, ut civile & sociale sit, quicquid hoc homine
 censetur.

Ita in altero exemplo Aristotelico, egerit Tyrannus cum ex-
 terna civitate de auxiliis adversus communem hostem, a qua ex
 parte conferendis; dedit ei partem agrum ex his quibus capiti, praemi-
 um fidei & operae; aut vendidit: nullo jure populus liber-
 tati ex causa tyrannide restitutus haec ad meritum cadere concu-
 pisset. Praeterquam enim quod aliter agendi cum civitate nulla
 facultas erat, civitatis semper, praesertim a tyrannide liberatae, ea
 voluntas esse debet, ne alii sua causa careant villo jure debito.
 Quod si spolia civibus oppressis per injuriam erepta Tyrannus
 externae civitati vendidit: Tum vero, si scientes emerunt,
 suam in eo culpam agnoscant fas est, aequoque animo careant
 illis, quae nec vendi nec emi sine injuria possunt. Etiam, si im-
 prudenter emerunt, valeatque hic, latius quam ibi dicitur perti-
 nens, *Amilii Lepidi Consulis sententia: Illa quae cum formidine*
mercatus sunt, pretio soluto, jure; dominia tamen restituo: neque pati
consilium est, vllam ex civibus pradam esse. Quod jure se mercatum
 ait, ad consuetudinem & opinionem temporis, quatum res agi-
 tabantur, spectat. Nam vero jure, quod non pro statu & tem-
 poribus civitatis alicujus, quomodo cunque decernitur, sed eo,
 quod justum est, definitur, nec emi nec vendi talia posse, jam di-
 ximus. Pertinetque huc locus memorabilis apud Tacitum, ubi
 iacato tyrannide, imperio, stultissimus quisque pecunia mercabatur.
 apud sapientes cassa habebantur, quae non dari, neque accipi, saltem repi-
 poterant. Quam aequitatem, si nolit emtor rei alienae sponte
 amplecti, quin repeti in iuste translata queant, nihil ob stare vide-
 tur, nisi quod cum eo, qui bona fide in hoc negotio versatus est,
 summo jure agere, durum fuerit, inde varia videmus bene mora-
 to populo temperamenta placuisse.

*Sallust.
Fragm.
lib. 1. Hist.*

3. Hist.

in

In hac de actis Tyrannorum questione, etiam illud probe considerandum est, egeritne Tyrannus suo vnus arbitrio, neminis requisito consilio, neminis auctoritate adhibita; an senatus populusque, suis quibusdam propositis, privatam sapiens quã publicam rem spectantibus, vitro, quod vnus ille voluit, decreverit, scieritque. Tum enim externis fraudi ille error esse non debet. Jam ipsa Tyranni conditio non est vnusmodi. Longe aliter enim se habent illa, quæ facit, sola vi pro jure vtens, & in republica pro lubitu grassans; & quæ facit confirmata jam, vt cunque adeptã, potestate, ac interpositis totius ciuitatis decretis, pactisque. Quod qui in causa Iulii Cæsaris insuper habuerunt, non vnus involuti sunt difficultatibus. Sed præmixtemus exem-

lib. 3. c. 23. plum Sullæ. De cuius actis notabile est Flori iudicium: *Capidas verum nouarum per insolentiam Lepidus, acta tanti viri (Sullæ) rescindere parabat: nec immerito, si tamen posset sine magna clade reipublica. Nam cum jure belli Sullæ dictator proscripisset inimicos; qui supererant, revocante Lepido, quid aliud quàm ad bellum vocabantur? cumq; damnatorum ciuium bona, addicente Sullæ, quomodo male capta, jure tamen, repetitio eorum procul dubio labefactabat compositam ciuitatem. Expediebas ergo quasi agræ sauciæ, reipublica requiescere quomodocumq;, ne vulnera curatione ipsa rescinderentur. Quod de jure belli hic dicitur, ex vulgi opinione, & ita capiendum est: quando res semel ad arma deducta est, tum victis patiendæ sunt, quæcunque victori collibitum est facere, id enim jus victoriæ, & jus belli statuitur. Quo sensu Sallustius: *L. Sullæ, qui omnia in victoria lege belli licuerunt, tamen si à Sulpitio hostium partes muniri intelligebat; tamen paucis interfectis, ceteros beneficio, quàm metu retinere maluit. Accuratiori iudicio, hoc jus belli, sine temperamenti; æquitatis, summa iniuria habetur: præsertim in bello ciuili, vbi**

Quemq; sua rapiunt scelerata in prælia causæ.

2. de offic. Hinc Cicero vere de Sulla: quod honestam causam secuta sit non honesta victoria; quod summa ejus in ciues crudelitas fuerit; quod 1. de offic. Sulla pecuniarum translatio à iusto dominio ad alianos, iniusta fuerit. Vellejæ immodica crudelitas licentiam vltimam testatur, multasq; 2. 4. 2. 28. indignitates proscriptionis & victoriæ recenset. Similia apud

Piutarchum

Platarchum legas, & alios. Quare Florus, merito rescindi potu-
illa iudicat, acta Syllæ: nisi quod consultum id minime fuerit, *in Syll.*
 & turbide à Lepido tentatum. Quo pacto à quæstione consilii,
 ad juris rationem reducitur negotium, quatenus iniustum cen-
 setur; etiam cum clade & exitio patriæ, ius persequi. Temporis
 enim tanta vis est, ut commutare interdum officii regulas vi-
 deatur.

In Iulii Cæsaris exemplo eodem genere philosophandi ven-
 tuntur: distinguentes insuper acta rationi consentanea, & rei-
 publicæ utilia, à præcipitibus & pravis. Quamquam enim Cice- *Ep. ad As-*
 roni per absurdum primo videbatur, *tyrannorum locus in cælo esse, ty-*
 ranni facta defendi; & esse, qui, dum se pacem velle simulant, acta *roc. 14, 6.*
 nefaria defenderent: aliter tamen in Senatu loquitur. Acta, *9. & 15.*
 inquit, Cæsaris servanda censeo: non quo probem (quis enim id quidem *Phil. 1, 7.*
 potest?) Sed quia rationem habendam maxime arbitror pacis & otii.
 Inter acta subinde, leges quasdam eius laudat: Chirographa au-
 tem quædam, & memoria causa in libellum relata, in actis nume-
 randa non esse ostendit. Cumque iterum de legibus locutus es-
 set, *qua quidem ego, inquit, qui illa nunquam probavi, ita conser-*
 vanda concordia causa arbitratus sum, ut non modo, quas virus Cæsar *Phil. 1, 9.*
 leges tulisset, infirmandas hoc tempore non posarem; sed ne illas qui-
 dem, quas post mortem Cæsaris prolatas, & fixas videtur. Subiecta
 iterum suspitione de auctoritate vnius viri, qui varia obtentu hu-
 ius nominis domo afferret. Et clarius: Acta Cæsaris pacis causa *Phil. 2, 39,*
 confirmata sunt à Senatu: qua quidem Cæsar egisset, non ea, qua Cæ-
 sarem egisse dixisset Antonius. Sed in hac re præteritur à Cicerone,
 quod huc maxime facit. Non enim poterant hic acta Cæsaris,
 ut tyranni, actis à civitate opponi. Tyrannidis enim æstimatio à
 Senatu Populoque Romano sublata erat, tot honorificis decre-
 tis, quæ Cæsaris partam quomodocunque potestatem, ex tyran-
 nica iustam redigerent: cum præsertim hoc quoque inter ea sta-
 tuissent, τὰ πρᾶχθῆσιν ἐνεα ἀντὶ νόμῳ ἔειν, *quacumq; acturus esset,*
ratæ fore, i. e. eius acta pro actis civitatis habitum iri, apud Dio. lib. 44.
nem. Cuius verbi quanta vis sit, quanta sententia, vel inde con-
 stit, quod in acta Principum jurare, nihil aliud esset, quam singu-
 laris Imperii nota & pignus mansitq; veneratio nominis Juliani,

B vnde

vnde monarchia Cæsarea initium traxit, ut etiam insecutis temporibus solenne esset, in acta diui Augusti, & diui Iulii iurare. Sicut ex Tacito discimus. Frustra hic exceperis: illa omnia Cæsari tributa partim adulatione, partim calliditate, ut invidia obiceretur, denique vel necessitate. Hæc enim omnia accusant eos, qui fecerunt, non excusant: neque sacramentis, ut talis, licet ludere: & si qua necessitas suberat, eam ipsi vltro sibi acciuerunt, qui postea de illa questi sunt. Imposuerunt vni ciuitatis personam, quocunq; animo, publicæ profecto fidei pignoribus; illudque suum iudicium, necessitudine fortè reipublicæ, confirmarunt. pœnituit huius iudicii non alios, quam æmulos & altiora spirantes, sibi que ad eadem, quæ in Cæsare damnabant, viam molientes. Hæc pœnitenda pœnitentia paucorum, efficere vti que non potuit, ut acta ciuitatis non essent habenda, quæ ciuitas tota, cum se vnus arbitrio permitteret, agnouit prædicavitque.

3. off. 6r

Neque hic Ciceronis auctoritate ad eorum sententiam stabilendam vtendum est, qui putant fidem quoque tyrannis datam, & pactiones interpositas, violari sine iniuria posse. Quos merito Grotius refellit. Cicero autem ipse, quod alibi monuimus,

1. B. 3. 19, 20

& seq. con-

fer 2, 13, 13

cautatius Græcorum aduersus tyrannos opiniones subinde citat: à quibus tamen se Romani, etiam in exercitationibus oratoris, removerunt. Illustris locus est Marci Seneca Rhetorici:

Contron.

lib. 1. c. 7.

Græcorum improbam questionem satis erit in eiusmodi controversiis semel aut iterum annotasse; An in tyrannicidam uti pater hac lege possit, quasi enim sacras & publicas (tyrannicidæ) manus esse: in quas ne pirata quidem licere quicquam putant. Nostri hoc genus questionis submoerant. Cuius improbitatis specimen etiam alter tyrannicida aduler edit: non putari adulterium, uxorem tyranni pollucere.

M. Sen. ex-

cerpt. con-

tron. IV. 7.

Et hinc quidem fortuitum, occasione deprehensi adulterii tyrannicidium occurrit. Alibi adulterium tyrannicidii causa tractatum, in ius vocandum negatur: τὸν γὰρ τυράννου γυναῖκα διαφθείραντα καὶ διὰ τὴν τοιαύτην προχέαν, δυνήξεντα ἀνελεῖν τὸν τυράννον, καὶ ἐλευθερώσαντα τὴν πόλιν ἔλκειν εἰς εὐδύνας, πὼς ἔχῃ τις διημαρτημένοι δικαιοσῦνται; Qui error non debuit admitti à Michæle Ephesio, hoc obtentu; quasi legislator, si casum talem prævidisset, cum hac adiectione scripturus fuerit legem: δὲ πάσης

in lib. 5.


Eccl. Arist.

ἀλλοτριᾶς

ἀλλοτρίας γυναίκες ἀπέχεσθαι πλὴν τῆς τοῦ τυράννου· ἢ μέλλει διὰ
 τῆς τοιαύτης μίξεως ἢ πόδαις ἐλευθερῆσθαι. Non enim ita scriptur-
 us vnquā fuerit legem bonus legislator, cuius grātuitas longe dif-
 fert à caussidici instituto, qui in confesso facinore rei, aliquando
 ἑτερόν τι εὐεργέτημα μέζον δι' αὐτῆ τοῦ δίκηνματ^ο π^οπ^ο τ^ου
 π^οπ^ο μέγ^ον. ^{Hermogen. 2, 24, 6.}

Sed & legibus de tyrannicidio latis, impedimentum affe-
 runt subsecutæ pactiōnes ciuitatis cum tyranno. Nam & lex
 ciuitatis, & pactiō ciuitatis, est ab vna voluntate. quæ contraria
 sibi esse nec debet, nec creditur. quò fit, ut posterior significatio
 voluntatis tollat & minuat priorem. Neque hic potest obiici:
 Ciuitatis à tyranno oppressæ non esse liberam & integram vo-
 luntatem. Præterquam enim quod vis adhibita, non verbo, sed
 rebus demonstranda est; & quidem tempore pactiōnis: exem-
 pla pleraque, vbi huic quæstioni locus est, consensum haud ob-
 scurum aut per ambages ostendunt. Potest & simili delibera-
 tione res declarari, quando agitur: *Libertas an pax placeat?* Et
 spectetur sanè, quod multis placuit, tyrannus, ut hostis reipubli-
 ca. consequatur ergò eadem iura, quæ hostis, cum hoste direm-
 ta censentur humanæ fortis commercia. At, vbi primum cum
 coincipimus agere aut pacisci, iam redimus ad integranda in-
 tantum socialia iura: & diremtus de cetero, pactiōne coniun-
 ctus nobis intelligitur. Quæ verissima & prima origo est tem-
 perandi ad æquitatem iuris bellici, rei crudæ, nisi scienter tra-
 ctetur.

In causa fœderis, quod Romani cum Nabide tyranno fe-
 cerunt, parum accurate versatur *Grotius*. Nos omiſſa repetitio-
 ne alienæ expositionis, rem ad suas origines, & nostram quæ-
 ſtionem reuocabimus. Et alias quidem belli aduersus Lacedæ-
 monios causas nihil attinet excutere. Vnum videbatur obsta-
 re, fœdus, cum Lacedæmoniis factum. Quod impedimentum
 ut remoueret *T. Quintius*, ita apud *Livium* respondet: *Amicitia
 & societas nobis nulla recum, sed cum Pelope Rege Lacedæmoniorum
 iusto & legitimo facta est. Cuius ius tyranni quoq; qui postea per vim
 tenuerunt Lacedæmonie imperium (quia nos bella nunc Punica, nunc
 Gallica, nunc alia ex aliis occupauerant) vsurparunt; sicut tu quoq;*
 B 2 hoc



hoc Macedonico bello fecisti. Hæc verbis adornata in speciem, nullum argumenti pondus habent. Florentibus adhuc Lacedæmoniorum rebus, ad pugnam Leuctricam vsque, non poterat cum Rege sordus fieri, ut cum ciuitate factum reputaretur; nisi quatenus ciuitas suam potestatem, Regis, ut legati aut curatoris, nomine exercere destinauerat. Erant enim Spartæ, nomine non potestate reges. Postquam autem reuera nomini potestas, per varias mutationes accessit, non detrectat Quintius legitimi regis iura: Sed in regno iam iusto, successores nullo iure nixos, & per vim tenentes imperium ac exercentes repudiat, quasi diceret: quod cum iusto & legitimo rege, adeoque cum ciuitate actum est, non obtinet vim suam, si regno tyrannis successit. sicut ex conuerso ante dicebant apud Aristotelem, non seruanda in populi imperio, quæ tyrannus egisset, quia ex mutatione illa alia esset facta ciuitas. nisi quod plus mutationis ibi, quam hic occurrit. ibi enim forma vna in alteram; hic una, recta scilicet in declinatam mutatur. Atque si hæc dicerentur de inuasore regni, antequam firmata ei est consensu & pactione potestas, non possent reuici. Nisi quod Quintium infirmius iuuarent, cui Nabis valide oggesserat: *De nomine hoc respondere possum; me, qualicumque sum, eundem esse, qui fui, cum tu ipse mecum, T. Quiriti, societatem pepigisti. Tum me regem appellari à vobis meministi: nunc tyrannum vocari video.* Vnde & astutia Quintii intelligitur, qui dissimulata propiori pactione, vetustiorum tantum attulerat. Quid? quod continuata in tyrannos successio, quam agnoscit Quintius, non leue parit argumentum aduersus eos, qui non contradixerunt, in quantum sua interesset. Conflictatam enim Spartam, ex eo, quod dixi, tempore, acerbissima seruitute, vsque ad Nabidem, Polybius locuples auctor est: Idem, qui ipsius Nabidis infandam crudelitatem describit. Sed hinc alius aduersus tyrannum titulus iuris nasci poterat: à cuius scilicet seruituti vindicari oppressos, fas & iura sinunt. Quanquam neque huius rei gloriam sibi trahere Romani possunt, restitutis Argis, seu *na Lacedamone relicta, cum pacem Nabidi petenti darent.* Cur quo & Quintius, in illa pactione pacis, & postea Senatus Romanus egit, ut cum ciuitate Lacedæmoniorum: vltro euerit discrimi

Lin. 34. 31.

*lib. 40.
lib. 13.*

Lin. 34. 40.

āferim in e iusti regis & tyranni, quod antea allatum erat. Libuit
hæc paulo explicatius evolvere, ut meminisse velint, qui historias
legunt: vera rerum momenta, ab illis, quæ tempori & causis
serviant, inuentis, probe discernenda esse.

Non attingam nostri temporis exempla, ad ludibrium aut
opprobrium magnorum nominum valitura, si omnia acta, ab
eo & cum eo, qui neque parasse, neque habuisse per bonas artes
imperium, p̄teris que visus est, non habesentur pro actis à ciuita-
te & cum ciuitate.

Quamquam, ut supra inuebam, aliqua agi à tyranno, eti-
am ius adepto, nec iam tyranno, possunt, quæ pro actis à ciuita-
te, ex natura rei, nequiquam sunt habenda. Ut, si quis faceret,
quod Dux Atheniensis, Florentinorum ceruicibus incubans fe-
cit, cum mercatoribus, qui Lucensis belli tempore, rem publicam pecu-
nia iuuerant, singulas tabulasq; eripuit, teste Machiavello. Re-

*Histor. Flo-
rent. lib. 2.
an. 1342.*

rum enim creditarum fides sanctior est, quam ut, vilius potestate
hominis conuelli queat. neque obtentui, eminentis dominium
hic esse potuit. Sicut igitur bello, priuatorum iura inter se &
commercia suspendi contingit ac cessare; pace autem, quæ ad
naturalem statum omnia reducere instituit, vim priusquam ex-
ferunt, (naturalem enim æquitatem sequitur formula pacis An-
tiocho à Romanis data, Rhodiis cauens: *ἔτι χρῆμα ὀφίλειτ' ἀν-
ταίς, ὁμοίως ἔσασ' πράξιμοι. καὶ εἰ τις ἀπελήθη ἀπ' αὐτῶν, ἀναζητηθὲν
ἀποδοθήτω.*) ita tyrannis intercidesse potest iura nature, non ef-
ficere, quin obstaculo amoto statim valeant vigeantque.

*Excerpt.
Legat. Po-
lyb. 35.*

Mutata de cetero forma ciuitatis, quedam per se concidunt
necesse est: non quod alia iam sit ciuitas; sed quia quedam a-
cta erant, ut à tali ciuitate, aut cum tali ciuitate. Sic instituta
Aristocratica, siue quæ temp. ut ἀριστοκρατικήνην spectabant, suc-
cedente alio statu intereunt: quemadmodum quæ singularis
imperii propria sunt, in plurium regimine locum non habent.
Idque & domi & foris valet.

Quia verò mutationes eiusmodi non quidem semper,
sed plerumque accidunt, intercedente παραβάσει, siue declina. Polyb. lib. 6
tione status recti in vitiosum, ut singularis imperii in tyranni-
am, aristocratia in oligarchiam, popularis reipublicæ in licen-
tiam

tiam multitudinis: sapius redit illa quæstio de actis tyrannorum; an seruari oporteat in constituta iam rectâ formâ, quod actum est in degeneri? De qua tamen re satis iam est dictum. Nisi quod hoc adiciendum videtur: illas παραβάσεις vel annos ætatem ferre; vel brevi & controuerso semper statu, rationem obtinere transitus ad rectam nouamue formam. In quo posteriori genere plus disputationis solet occurrere.

Est & illud non prætereundum genus occultarum mutationum. Apertas enim & vulgus videt nouitque. At cum τὴ κρύφα πολιτεύεσθαι in republica induci cœpit, prudentium tantum oculis peruia sunt fata ciuitatis vicesque. Non aliis autem ciuitatibus, ab hoc genere maius est periculum, quàm vbi Democrazia, aut mixta forma obtinet. *Popularis potestas*; inquit *de rep. 4. 1. Bodinus, sapius nullo pane sentiente conuertitur ad optimates* — & mox: *Eiusmodi fuit earum quas dixi ciuitatum conuersio à populo ad optimates: qualis etiam contigit Venetiis, Lucensibus, Rhagusianis; quorum imperia, cum olim popularia fuissent, temporis diuturnitate, Aristocratica, nullo pane id sentiente, euaserunt.* Eodem modo in mixto statu, fieri solet, ut per varias artes vna pars sibi vindicet, & quasi suo iure agat, quod non nisi iuncta vis partium agere debebat. quæ labes increfcit, vbi corrupti mores, nihil in reip. administratione in corruptum patiuntur esse. Quo tempore etiam hebetes, fatali caligine, ad perspicendum oculi; inertes ad sentiendum animi deprehenduntur. neque vulgi tantum is error est: sed magnorum aliquando virorum ingenia fatigat hæc observatio. Nam subinde *signa conturbantur, quibus voluntas à simulatione distingui possit, quæ Ciceronis querela est.* In Romana Rep. ex eo tempore, quo mixta esse debuit, sapius factum est, ut patres plus pollerent, quàm ius reipublicæ postulabat; tribunis plebis ista parum sentientibus, & varie ad alia auerfis. Populus quoque, dum post hæc vndique libertatem suam amplificare, aut libidini suæ obsequi tendit, non animaduertit, se vltrem viam sternere ad paucorum potentiam, quæ in tyrannidem delitura erat.

Et illud quidem genus occultæ mutationis, quod sine omni motu & strepitu, quasi tacita voluntatum consensione perficitur

tac absolutur, vix capit hanc disceptationem de actis ciuitatis. Sed in illis occultationibus, quæ in republica corrupta vtrâque paginam faciunt, perpetua hæc animos angit dubitatio. Mutationis enim vocabulo corruptiones quoque reip. variâs comprehendimus: quotiens à fine ciuitati proposito, formæque legibus descriptæ ac moribus firmatæ rationibus, agendi administrandique ratio deflectit, aut vincula instituti contextus infirmat, soluit, rumpit. Quæ dum agitantur, occasiones potius & causas, omnia item ac principia mutationis, quàm mutationem habere videntur. Quicquid enim mutationis consummatæ speciem proderet, abstruditur interim, ac dissimillima per vocabula obtegitur. Defensio etiam & conservatio reipublicæ vocatur, quod ad *συνχυσιν τῆς πολιτείας* interim tendit. Quæ *Cic. ad Att. lib. 7, 9.* confusio longas moras trahere, & infinitas per ambages circumduci potest. Non est malus exemplum ab hominum memoriâ, Romanâ ciuitate: vbi à Gracchanis temporibus, vsque ad constitutum ab Augusto singulare impetium, centum circiter annis, per factiones, tumultus, certamina, dominationes modo paucorum, modo vnius, bella ciuilia; mutationes mutationibus tam irrequieto motu sunt continuatæ, ut ad terminum illum fatalem vix tandem viderentur substitutæ. Cuius rei seriem compendio signat Sallustius, nobili digressionem in bello Jugurthino: *c. 41, & 42.* *Ceterum mos popularium partium, & Senatus factionum, ac deinde malorum artium paucis ante annis Romæ ortus est. namq; cæpere nobilitas dignitatem, populus libertatem in lubricum vertere: sibi quisque ducere, trahere, rapere: ita omnia in duas partes abstracta sunt: nisi, quæ media fuerat, dilacerata.* Sequitur descriptio oligarchicorum facinorum: quæ cum patefacere, plebemque in libertatem vindicare instituerent Gracchi, quibus tamē cupidine victoria haud satis animus moderatus fuit, moueri ciuitas, & dissensio ciuili, quasi permixtio terra oriri cepit. Et alio loco: *Postquam remoto Præm. metu Punico, simultates exercere vacuum fuit, plurimæ turba, sediti. lib. 1, Hist.* ones, & ad postremum bella ciuilia orta sunt: dum pauci potentes, curam in gratiam pleriq; concesserant, sub honesto patrum aut plebis nomine dominationes affectabant, boniq; & mali ciues appellati, non *in reip. omnibus pariter corruptis, sed vti quisq; locupletissimis*

simus, & iniuria validior, quia presentia defendebat, pro bono ducetur. Tam perturbato rerum statu, eadem quidem mansit ciuitas, quamuis corrupta & immensis concussionibus agitata: sed quicquid præpollenti factioni aut paucis præpotentibus placuit, ciuitatis nomine præscribebatur. Ciceronis epistolæ, præsertim ad Atticum, commentariorum vicem præstant, frequentibus querelis, perpetuis iudiciis, de administratione reipublicæ.

Ep. ad Att.
tit. 7. 7.

Adio, inquit, constitutum esse Pompeio & eius consilio, in Siciliam mittere, quod imperium habeam. id est Ἀβδηρικόν. nec enim senatus decreuit, nec populus iussit, me imperium in Sicilia habere. Ciuitatis equidem erat, imperia mandare, i. e. Senatus populi que. Sed cum respublica valeret. nunc unum aliquem aut paucos, omnia posse, non ἀβδηρικόν, sed ρωμαϊκόν erat. non enim iam pridem, Cicero, vidisti priorem Cæsaris consulatum. at tum imbecillus plus, inquis, valuit, quam tota Respublica.

7. 9.

7. 13.

Neque, his moribus, opus est illâ deliberatione de præpotente & victore: quid autem sit acturus, aut quo modo, nescio, sine senatu, sine magistratu. non simulare quidem poterit quicquam πολιτικῶν. Non deerunt speciosa vocabula, ne vetere. quamquam senatus populusque suis moribus & κακοπολιτικῶν iam dudum effecerant, ne doctâ simulatione opus haberet, qui ambitionem & libidinem animi in consilio habet,

Erant sane bonis viris, illisque qui optimates vere haberi vellent, in ore & animo, auctoritas reipublicæ, odium dominationis paucorum, & tyrannidis; neque alio volebant frequentius characteri notari, quam illo poetæ:

6. 3. &

2. 8.

2. 11.

4. 17.

2. 9.

non contemnere se, & reges odisse superbos.

Solenne tum carmen factum: hoc vero regnum est, & ferri nullo pacto potest. sero: ex quo intellectum est τριταρχοκρατίασ ἀμβι-
tum, comitia; interregnum, maiestatem, totam deniq; remp. flocci non facere. ex quo, qua inuidiosa fuit Senatus potentia, non ad populum, sed ad tres immoderatos homines reducta est. Quia & plebis animi, quod sibi suo iumento acciuerant malum, nequaquam tacitè dolebant: Verùm querelis non tollitur, sed irritatur tyrannis. Licet ergo vere scripserit de illis temporibus Cicero: nihil unquam fuisse tam infame, tam turpe, tam per equi

omnibu

omnibus generibus, ordinibus, ac atibus offensum, quam illum statum, qui tunc erat: cum populares illi, etiam modestos homines sibilare docuerunt: Nihilo tamen minus, verissimè id quoque scriptum est: *hic status, qui una voce omnium gemitur, neq; verbo curusquam sublevaratur. Populi sensus quidem maxime theatro & spectaculis (ubi non sanatur, sed deluditur respublica) perspectus est. Diphilus tragædus in Pompeium petulanter inuectus est: Nostra Miseria tu es magnus, millies coactus est dicere. Eandem virtutem istam, veniet tempus, cum grauiter gemes, totius theatri clamore dixit, itemq; cetera. --- Si neque leges, neque mores cogunt, & cetera magno cum fremitu & clamore sunt dicta. Sed quid valeret iam, quamuis vna vox omnium, magis odio firmata, quam prasidio? Nullus hic clamorum popularium fructus: nullum iam Archilochia Bibuli edicta remedium promittunt; imbelles & fragile aduersus armatas opes telum. Neque medicinam reipublicæ vulneribus facit inuictus quidem, sed seram magis pœnam ab auctoribus cladum reperiturus, quam intercessurus cladibus, calamus eius, qui scripsit: *Αἰνόςτα, Theopompino genere, aut etiam asperiore multo pangentur. neq; aliud iam quicquam πολιτίνομα, nisi odisse improbos, & id ipsum nullo cum stomacho, sed potius cum aliqua scribendi voluptate. Prætermisum erat tempus, quo nascentibus malis facilia & celeria proponebantur remedia: & ad multos reipublicæ morbos, nexamque tot vulnerum continuatione seriem pertinet, quod de vno, qui se in possessione reip. collocauerat, extulit Tullius: horum omnium (malorum) fons unus est: Imbecillo resistendum fuit: & id erat facile.**

Aduersus rempublicam, ne vlla vis valeat, in tempore providendam est. ne humanæ ambitioni aut cupiditati locus sit, legum esse intemerata auctoritas debet. In plurium Imperio, quicquid de legibus detrahitur, personis adiicitur; corruptioni & mutationibus variis ansam præbet. Ne glisceret paucorum potestas, nihil ex iuribus reipublicæ laxandum, remittendum, minuendum erat. Fecerunt Romæ magnos, qui factos iactantius dolebant. Ceperunt te quoque, M. Tulli, præpotentium illecebræ: neque dissimulasti gaudium ex fauore eorum. *Illud quidem, inquis, summe adepti, quod multis & magnis iudiciis possu-*

Ep. ad. de.
rec. 2, 19.
addo 2, 21.

2, 18.
2, 19.

2, 21.

2, 6.

7, 70

4, 15.

77. *num indicare, nos Casari & carissimos & incundissimos esse. Et rursus: alterum complectebat, quia de me erat optime meritis; alterum, quia tantum valebat. feci igitur, itaq, feci omni obsequio, ut non curri illorum, quinquam esset me carior. Deceptus quidem est candor tuus sepius (quod fere optimo cuique inter ambitiosos & dominandi cupidos evenire solet,) neque dubitas fateri tuum errorem: Pompeius amat nos, carosq, habet. credū? inquires, credo: prorsus mihi persuadet. Sed quia, ut video, pragmatici homines omnium historicū praeceptū, verbis deniq, cauere iubent, & vetant credere: alterum facio, ut credam: alterum, ut non credam, facere non possum.*

2. 20. *Sequebatur ergo ut lamentareris: Quinam mihi tam in periculo mens integra fuisset, cum ego in, quibus meam salutem carissimam esse arbitrabar, inimicissimū crudelissimūq, vsus sum: qui, ut me paululum inclinari timore viderunt, sic impulerunt, ut omni suo scelere & perfidiā abuterentur ad exitium meum. Et: Vides me omnibus amplissimū, carissimū, incundissimūq, rebus perfidia hominum spoliatum; vides me à meū consiliariū proditum & proisctum. Iam in Pompeium fauor, aliquid excusationis habere potuit, dum credidisti, eum pro republica niti. excussa tibi est rebus manifestis ea opinio. fateris enim: Cnam noster, cum antea nunquam, in hac causa minime cogitauit, ut ciuitas beata esset. Dominatio quaesita ab utroq, est, non id actum, beata & honesta ciuitas ut esset. — genus illud Sullani regni pridem appetitur; multis, qui una sunt, cupientibus. — — neutri σκοπός est ille, ut nos beati simus; uterq, regnare vult. Et iterum: Mirandum in modum Cnam noster Sullani regni similitudinem concupiuit. εἰδός σοι λέγο. nihil ille minus unquam obscure tulit. cum hocne igitur, inquires, esse vis? beneficium sequor, mihi crede, non caussam, ut in Milone; ut in. sed hactenus.*

2. 19. *Responderat tibi abunde Atticus tuus. Sed anxia deliberatio tua, desit tandem in perpetuam fluctuationem, vnde nec te nec rem publicam expedire potuisti.*

2. 17. *Non egisse his temporibus ciuitas dicenda est, quae paucorum per arbitria iactabantur. Et si mature aduigilasset senatus populusque, in quibus vnis nominibus auctoritas Ciuitatis erat, impediri pleraque debuissent, & rescindi potuissent. Sed prodita, quibus dictum est modis, auctoritate publica, relicta est mi-*

sera

consultatio; an bello & immissis percussoribus, actis tyrannorum, in tantum corroboratis, etiam cum periculo & periculis civitatis, intercedere fas esset: cuius generis *divisio politica* temporum suorum, Cicero commentatus est: dum *καλιγναι* suam & virorum bonorum frustra expectat. Tyrannis enim nemini infestior est, quam viris cordatis, & patriæ amantibus, quorum voce oppressa, consiliis à republica submotis, facti in turbido piscantur & securius illi tyranniones.

Et hæc tenus quidem de mutata reipublicæ forma, & tentamentis, conatis, serie contextuque talium mutationum, exemplorum fatis. Fiunt autem, & affectantur aliæ quoque mutationes manente formâ: cum *alii homines, defectu, qui rerum potantur, succedunt, non alii civitatis mores; aut vnus status discipuliscenditur, vel remittitur; aut novus magistratus instituitur in republica, aut abrogatur.* Quæ Philosophi annotatio ita accipienda est, ut in rectis & deerrantibus formis locum habere meminerimus; imo in aberrantibus sæpius. Quid enim frequentius, quam tyranno deiecto, non tolli tyrannidem, sed succedere eundem tyrannum? paucis impotenter dominantibus, substitui in eodem statu, alios pari potestate armatos? Iam intendi & institui tyrannidem vnus vel paucorum, pro ingenio dominantium, aut temporibus, adeo notum est, ut annotatu non indigeat. Illa difficilior inspectio, quando in singulari vnus imperio, in similiore formula, paulatim adductius regnatur, & ad herile imperium peruenitur. Hic enim quidam omne adductius regnare damnant, & herilem omnem dominatum tyrannidis crimine infamant: violentius scilicet philosophati. Neque enim statem egisse negaueris, quod gliscente eiusdem status formula, & intensiore iam Principatu gestum est. Nisi quod in exto statu, vix vnus partis iura intendi possunt, quin alterius iura imminuantur. de qua re infra aliquid dicendum erit.

De magistratu nouo, exemplis non accuratè vtuntur Interpres Aristotelis. *Tribunorum* namque *plebis* institutio Romæ exiit ad ipsum statum; sive ad partem democraticam in exto illo statu firmandam. Quamquam enim statim ab initio liber-

libertatis, res ad mixtam formam cœpit vergere; tamen parū populari tum demum suum ius in republica est firmatum. Quare & postea, qui diminuere aggressi sunt potestatem tribunitiam, quod de Sulla & Pompeio referunt, κατὰ λυσιν μίϑως δημαγωγικῶς, siue dissolutionem iuris popularis sibi propositam habuerunt. Fuerit igitur *Tribunatus* ex eo genere magistratuum, de quo, ex *Aristotele*, Cicero dixit: *magistratibus, iugis, qui præfinitur iuribus rempublicam, & ex eorum compositione, quod cuiusque rei publicæ genus sit, intelligi.*

- Veriora exempla sunt extraordinariorum magistratuum ac imperiorum. *Dictatura* huius generis est: quæ nihil aliud erat, quàm magistratus extraordinarius, cui respublica commisit imperium ad certa negotia conficienda, bellum gerendum, comitia habenda, seditionem sedandam, aliaque. Neque est, quod temporarium inde regnum *Grotius* faciat: contra quem potius audiendus est *Bodinus*, nostræ sententiæ assertor. Itaque, quamquam ab initio Civitas, per dictatorem actura, tantam ei committeret potestatem, ut *prouocatio non esset*: tamen, cum postea prouocatum esset, seuerissimus dictator *Papirius* agnouit populi esse, quicquid in dictura esset iuris, neque suum, sed *populi Romani imperium, disciplinam militarem, solennem & sacratam militiam*, in ore habuit: firmatumque tum periculo *Fabii imperium militare*, *Historicus* indicauit. Possetque hoc exemplum optime cum eo comparari, ubi affirmatur, *de omnibus summam populi Romani potestatem esse*. Quare & ad Senatum de agendis dictator reptit, & Senatus decreuit: addita sane interdum illa clausula liberorum quidem, sed mandatorum: *cetera omnia ageres faceresque, ut e rep. duceret*. Est & factum *Fabii* dictatoris in permutandis captiuis, dubium habitum, quia non expectata in eo Senatus auctoritas erat. Quid, quod tribunus pl. legem se laturum fuisse de abrogando dictatori imperio minatur, si antiquus animi plebi Romæ esset? Quid, quod iussu populi per Senatus consultum æquatum est magistræ equitum & dictatoris imperium? Eodem nimirum spectabat Dictatori permissa potestas, quo forma scilicet vltima semper necessitati habita, ut videant consules aut magistratus, ne quid respublica detrimenti caperet. Quæ potestas (expli.
3. de R. 5.
- I. B. 1, 3, 2.
& 11.
- L. de rep. 3.
- Liu. 2, 18.
& 3, 20.
- Liu. 8, 33.
& c.
- Liu. 4, 42.
- Liu. 22, 11.
- 22, 23.
- 22, 25.
- ibid.
- Liu. 3, 4.
& 6, 19.

(*Relicte Sallustio*) per senatum more Romano, magistratui ma- *Caill. 22.*
 permittitur, exercitum parere, bellum gerere, coercere omnibus
 socios atq; ciues, domi militiaq; imperium atq; iudicium sum-
 mē habere. aliter sine populi iussu, nulli earum rerū consuli ius erat.
 haec autem, quamuis maior, quam dictatura, & rarius longē,
 potestas magistratibus potestas, formam reip. non mutauit: ita
 nec dictatore creato, talis mutatio statui debet. Sed nec Decem-
 viri scribendis legibus mutarunt formam ciuitatis: nisi quod ma-
 gistratum in tyrannidem vertere, & fiduciarium iussit proprium
 vindicare postea aggressi sunt, quo tempore, quantum ad ius
 magistratus attinet, merito privati censebantur. Videtur qui *Lin. 3. 39.*
 dem *Historicus* mutatione Reipublicae hunc Magistratum meti- *41. 49. 51.*
 ri, quando inquit: Anno 302. quam condita Roma erat, iterum mu- *Lin. 3. 33.*
 tate forma ciuitatis, ab *Coss.* ad Decemuiros, quemadmodum ab re-
 gibus ante ad *Coss.* venerat, translato imperio. Sed de hoc loquen-
 di genere alibi actum est: neque magis hic magistratus, certam
 ad rem, certum in tempus constitutus, statum ciuitatis, si ac-
 curate hunc signamus, mutauit, quam *Tribunatus militum con-*
ferri potestate.

Mutationes circa locum, non efficere, ut sit alia ciuitas, re-
 ce *Aristoteles* notauit; si recte explicetur. Potest fieri, ut ciui- *3. Pol. 2.*
 tas eadem contrahatur, aut amplificetur locis, aut disjungatur
 interuallis. Hispanica hodie est ciuitas, nostro loquendi gene-
 re, quicquid distantibus longe lateque locis, Hispanici iuris est.
 Quod autem ciuitas pluribus nationibus, vrbibus, pagis constans
 locum tota suo auspicio arbitrioque mutauerit, exemplis nun-
 quam affirmatur, nisi quantum potior pars interdum attendi-
 tur, & sedes imperii pro tota ciuitate nominatur; sicut Athenae-
 num ciuitas in classe, non in tectis & aedificiis vrbis, tempore The-
 mistoclis, versari dicebatur. Afferunt & Romani decreti for-
 mulam, qua licet promissum esset Carthaginensibus, *ut in au-*
to suo ius suum & aduersus sui ius & liberam fore ciuitatem, ut
est apud Appianum; Carthago tamen dirui postea iussa est, ut a *Liby.*
haec edificaretur loco a mari LXXX. stadiis remoto, cumque si-
 mul promissorum exigeretur, obtendebant Romani, Carthagi-
 nem non in loco & muris, sed in ciuibus esse. *καρχηδονία πόλις*
ὕψισ

Appian. ὕμνος, ἢ τὸ ἴδιον ἠγύμνασμα, inquit Romanus. In qua re *Ar-*
Libye. nisam, insultans Carthaginensibus, quasi non recte urbem à ci-
Rolod. po- uitate distinxissent, incautissime absoluit Romanos, quorum ca-
de. lib. 1. c. 5 uillationem merito inculcat *Grotius*. Siue enim ita egerunt, sicut
sch. 2. §. 2. *Appianus* narravit, siue *Diodori Siculi* narrationem sequi placet,
J. B. 2, 16, 15. qui Romanos, ait, in hac actione *naunquam τὸ ἀπὸ τῶν Καρχηδονίων*
Eclag. Le- *nominasse, ac verbis expressisse, sed ipsis (Carthaginensibus) si ob-*
gac. 27. *des darent, promississe libertatem & cetera, eo quod humanitate for-*
mula duriora consilia vellens abstrudere: ita certe cum Carthagi-
 nensibus actum est, ut cum ciuitate & de ciuitate, non de vrbe,
 actum censeret.

De Vrbe imperii sede, multa sunt, quae de cetero du-
 bitantur. Sicut autem translata alio sedes imperii non sit: ita
 mutat ciuitatem, ita non omni modo, sed via haec esse potest
 ad vltiorem mutationem.

Hominibus mutatis non mutari ciuitatem, ostendit *Aristo-*
c. 14. extr. *teles* exemplo fluminis, aquarum decursu affiduo non mutat:
l. 2. 2. 9. 3. quod, post alios illustrat *Jo. Gryphander de Insula*. *Grotius* autem
2. 2. 15. locum *Taciti* affert, vbi contra Athenienses male ratiocinatus sit
 Piso, quasi post tot clades extinctis veteribus civibus, & substi-
 tuta coiluue nationum, non essent iam Athenienses. Recte, si
 Athenienses spectamus, ut ciuitatem non subditam Romanis,
 sed sociam. Sed adempto imperio, non idem dicendum erit,
J. B. 2, 9, 6. sicut ipse *Grotius* ostendit. At quod, vulgo *Lacertae* aliud tanto-
 pere iactant,

— non erdo perdidit vuzam

Mutato sua iura suis;

parum hac perinet. Confusi enim tumultu ciuitatis reipublicae,
 nec nomina, nec iura pristina, id sunt, quod esse debent. Haec
 ita proclive est ostendere, ut Senatui fuisse, quod hoc nomine
 periret. Et, si fuisse, vinceretur, non dicitur probatum
 est, ut tempore esset: quae non Senatus, sed *Senatus populi*
 imperio iurabat.

In hac hic quaestio de vobis dicitur: an vobis ciuitas sit
 reuerentia in eadem? Non sanctorum. Non enim mutata
l. 2. 2. 9. sua iura, & exemplo *Subiugatorum*. & *Adiugatorum* vobis sit

quæ rem non expediunt. *Ascepit T. Tatium Sabinorum Regem* *Lin. 4.3.*
in regni societatem Romulus: nempe, quando interuentu mulie-
rum uterque populus non pacem modo, sed & ciuitatem vnã ex *Lin. 1.13.*
duobus fecerunt, regnum confociarunt, imperium omne contulerunt
Romanis. Quæ verba Liuii satis ostendunt, Sabinos ita accessisse
Romanis, ut vna esset ciuitas, Romana scilicet: Sabinis in com-
munionem iuris Romani ascitis, quod amplius Dionysius expo- *lib. 2.*
nit; & imperio duumvirali ad tempus instituto, manente nomi-
ne regio. Quinimo non per ambages Historicus ostendit, rem i-
psam & vera iura Sabinorum, in ciuitatem Romanam celsisse, in-
ania quædam simulacra, de nomine Sabinorum vsurpata esse:
ita geminata vrbe, ut Sabinis tamen aliquid daretur, Quirites à Curi- *Lin. 1.13.*
bus appellati. Geminata vrbs, est accessione alterius populi am-
plificata; quo genere figuræ etiam Poëta:

*Occiderat Tatius, populinq; aquata duobus,
 Romule, iura dabas.*

Quid. mo-
sam. 14. 19.

Non enim duo iam populi, sed vnus erat, additis Sabinis auctus.
 Expirante ergo temporario duumviratu, morte Tatii, non crea- *G. Bodin.*
 tus est ex numero Sabinorum alius collega, (sicut fieri æquum *de rep. 2. 2.*
 erat, si mansura societas imperii etiam in vna ciuitate instituta
 esset,) sed ab vnus nutu omnia pendebant. Certum igitur mi-
 hi fuerit, hac confociatione ciuitatem Sabinorum factam esse
 partem ciuitatis Romanæ, i. e. non mansisse ciuitatem, quicquid
 simulacri causa obtenderetur: nisi quis velit, ciuitatem in ciui-
 tate statuere, quod est omni rationi aduersum.

In Albanorum casu, etiam clarius res apparet, quando Tul-
 lus decreuit: *Populum omnem Albanum Romam traducere; ciui-* *Lin. 1. 22.*
satem dare plebi, primores in patres legere, vnã vrbe, vnã rem-
publicam facere. Facta decretis iunguntur: *Roma crescit Alba* *1. 30.*
ruinis. duplicatur ciuium numerus. principes Albanorum in patres,
et ea quoq; pars vesp. cresceret, Tullus legit. & ut omniam ordinum
viribus aliquid ex nouo populo adiceretur, equitum decem turmas ex
Albanis legit. Legionem & veteres eodem supplemento expleuit, & no-
ra scripsit. Omnis autem argumenti instar in eo est, quod Al-
banis iam ante sub imperio Romanorũ erant, ex pactione duellit:

Liv. 1. 24. ut cuiuscuq; populi cives eo certamine vicissent, in alteri populo cum
lib. 3. bona pace imperitaret; quod *Linus*, & vberius *Dionysius* exequi-
 tur. Romani ergo, ciuitatem iam sibi subditam, vrbis primariæ
 excidio multabant, hominibus Romam translatis. Vnionis &
 communionis dulcia vocabula, seuero supplicio obtendi solent.
lib. 10. c. 3. quod licet oratorum more *Florus* in animo haberet, non potuit
 non verum admiscere: *Albam ipsam quamvis patensem, annulam*
tamen dirxit, cum prius omnes opes vrbis, ipsamq; populum Romam
translulisset: prorsus ut consanguinea ciuitas non periisse, sed in cor-
pus suum rediisse rursus videretur. Eiusdem generis delinimenta
in Libye. sunt, quæ Romanus Cols, apud *Appianum*, de vtilitate Albanis
 quæsitâ, differit.

Sed, ut ad vnionis vsitata hodie nomina redeamus, non est
 moris nostri compilare scriinia aliorum, qui abunde ad materias
 Veriusque Iuris de ea re consignauerunt. Quin potius tritam
 philosophorum vestigiis semitam secuti, breuiter & partite adfe-
 remus, quibus hæc disputatio nititur. *Vniri ciuitates diuerse, ut*
maneat quæq; quod fuit, non possunt, nisi per modum arctioris fœderis;
quod imitatur quidem naturam ciuitatis, ciuitas tamen, ut accuratè
nunc vocabulo utimur, non est. cuius rei celebra exempla Politici
 agnoscunt in concilio Amphictyonico, & Achaeorum societate, quam
 & ob similitudinem, & τὸ συμπολιτεύμα, Achaeorum temp. appel-
 lant.

In recentioribus Belgico - Germaniæ exemplum huc ac-
 commodat *Grotius*. Sed & hæc *Respublica Belgica* dicitur ob si-
 militudinem. Quando enim cum hoc corpore agitur, ita agi
 solet, tanquam cum vno populo, & cum vna ciuitate. Ita in
Induciis, tanquam cum libero populo, Hispani pacti sunt. ne de in-
 finitis exemplis dicam. Atque hoc solum ac vnicum genus vn-
 ionis est, quam vulgo describunt, quod fiat salua cuiusque rei
 natura & conditione. In reliquis generibus, favor eiusdem vo-
 cabuli quæritur: cum res ipsa discrepet, fiatque, ut in digniori
 accessionem veniat, quod minus dignum est; & pars vniua maiori, il-
 lius appendix fiat, ut in aliis exemplis loquuntur. Arcanis ali-
 quando politicis hoc continetur, ut dissimuletur, aut diuersa spe-
 cie obducatur hoc negotium; sicut *Vnio Magna Britannia* hoc
 sæculo

Bodin. 1.
de rep. 7.
Polyb. lib. 2

In Apolo-
got. c. 10

Baud. in-
duc. bell.
Belg. lib. 3.

sæculo ostendit, vbi non sine ratione augurabantur Angli apud
 Historicum: *novi regni institutione, alterius antiquiorum memoriam* *Thuan. lib.*
dissolvi & extingui. Sub vno iure erant, quæ sub vnum nomen *lib.*
 redacta sunt. Neque quenuquam hinc decipiat *pristini moris, pri-* *131. pag.*
stini iuris mentio, non enim semper, plenam *avrotopiar* capere de- *1100.*
 bes, cum hoc audis. Potest provincia aliqua, siue pars civitatis,
 priuilegia quædam habere; non tamen propterea minus agno-
 scit imperium civitatis. Victoris inter artes est, de pristino mo-
 re eorum, quos vicit, nihil mutare: neque ideo victi statim seor-
 sum civitatem constituunt; aut manent prioris civitatis pars.
Relicta igitur fuerit aliqua civitas de cetero sua legibus, sed agnoscere
tamen jubeatur imperium alterius civitatis; iam non manebit ipsa
 civitas, sed erit pars eius, cuius suprema potestate continetur.
 Fac etiam, *populum aliquem, qui civitatem per se constitueret, asciri*
ratione in aliam civitatem, que ex pluribus ordinibus, tanquam opti-
matibus constet, ut eodem iure sit, quo sint reliqui ordines, id est, par-
ticeps imperii: tum ergo neque seorsum eatenus civitas erit, neq;
avrotopiar veram habebit; sed ut pars corporis censetur: sic
 ut singuli optimates per se nihil iuris publici habent, sed vi colle-
 gii, personam civitatis referunt. *Quid, si etiam mixto instaret,*
que seorsum fuit civitas, veniret in partem mixtionis, & quædam in-
ra maiestati possideret? neque sic aliter, quam pars huius mixtæ
 civitatis æstimari potest. Mixta enim civitas, non nisi vna ci-
 vitas intelligitur. *Quando autem civitas, populus, regnum, sui ve-*
re iuris, ratione soli aut territorii, in parte in alia civitate manifes-
tetur; id sicut statum civitatis ipsius seorsum existentis non spe-
 ctat; ita cum modis utiendi, quos hæcenus attingimus, confun-
 di non debet.

Transitus iam ad eas mutationes, quibus efficitur, ut *civi-*
tas non sit eadem. Quo etiam *coloniarum* aliquæ pettinent. Illæ
 quidæ coloniz, vel militares ob vsus, vel alias ob causas ita dedu-
 ctæ, ut maneant pars civitatis matris, siue maioris patriæ, alterius
 generis sunt. Sic Hispanorum, Anglorum, Belgarum, Gallorū co-
 loniæ in Americanis insulis, ditione suæ quæq; civitatis continen-
 tur. Sunt autem aliæ *colonia* (significat enim vox, quamvis ex
 alia civitate datam urbem vel civitatem) quæ seorsum civitatem
 D constituunt

cor fuerunt, neque partes sunt originis suae. Sic olim, cum in
J. Berneg- *ver factum* dimitteretur matris, factura non urbem modo, sed ci-
per. ad la- *uitatem* singularem, quantum ad infra maioris patriae attinet.
Strabonem Quemadmodum autem huiusmodi exiles erant; ita aliorum exu-
 lum eadem fortuna esse potuit, & saepe fuit, ut nouae ciuitatis au-
 ctiores existerent. Didonis fuga peperit Carthaginem. Et haec qui-
 dem coloniae *ad Troiam*, sicut Ierolimam ciuitatem constituebant, ita
 maiorem patriam cultu quidem ac honore, & quadam quasi in-
 parentes pietate afficiebant, quae *per* diligenter colligit doctis-
ad Excer- *simus Henricus Valsim*; imperium tamen maioris patriae non a-
pt. Petref. *gnoscebant*. Vnde male ratiocinantem Metium, ab honore ad
p. 6. C. 7. *ius imperii, quasi equum esset coloriam Romam ciuitati matri Alba-*
ni parere; grauiter coarguit Tullius; *quod nec iure, nec more hoc*
postuletur; exemplisque ostendit, *nihil esse vtilitatem, quam coloni-*
am metropoli imperare, apud Dionysium Halicarnassum. Illae quo-
lib. 3. *que coloniae, quae ex Troiani excidii cineribus passim sunt disse-*
Grac. l. 8, *minatæ, non partes Troianae ciuitatis, quae interierat; neque trans-*
2, 9, 10. *latio ciuitatis eiusdem fuerunt; sed vel accesserunt, ut partes, a-*
liis ciuitatibus; vel ex reliquiis illis Troianorum ciuium, nouo
ortu nouae ciuitates extiterunt.

In hoc genere mutationum, quo efficitur, ut non eadem sit
 ciuitas, duo incomparabilia exempla habet omnis rei historia:
diuisionem Graeci imperii post Alexandri mortem; & Romani Imper-
rii solutum, ac in partes dissidentem contextum. Vtrumque tetigit
L. B. 2, 9, 10. *Grotius*: & iudicium de priori, ut arbitror, sumit ex *Bodino*. Ver-
C. 11. *rum est: ex vna illa ciuitate, i. e. imperio Alexandri, extiterunt*
4. de rep. l. *diuersae ciuitates complures: sed paulatim.* Nam ab obitu A-
 lexandri, quantum ad formam actorum publice attinet, mansit
 vna ciuitas, Alexandri potestate in Aegyptum, cui Philippo nome
 indiderunt, translata; cui mox natum ex Roxane filium adiun-
 xerunt collegam. Haec palam, & aperte. Ut diuisio illa imperii
Arrian. a- *Perdiccae primum, subinde Antipatri arbitrio facta; non in*
puo Phocion praefectos & curatores prouinciarum siue partium vnus ciui-
cod. 92. C. 6. *tatis, i. e. imperii Alexandrini destinaret.* Sed, quantum ad a-
Andr. *na proposita horum praefectorum attinet, verissime pronuntia-*
Schotti *uit Curtius, ipsos specis imperii alieni procurandi singulos ingenere*
not. *vit Curtius, ipsos specis imperii alieni procurandi singulos ingenere*
lib. 10, c. 10

vestire regna. id quod postea scilicet, & ex euentu patuit: oppor-
tunitate oblatâ ex imbellia & infirmitate Aridæi: qui ne modici
quidem fati idoneus hæres, tanto imperio sustinendo prorsus im-
par erat. De altero exemplo Romani imperii, vbi *Grotius* non
videtur sui nominis memor fuisse, præstat silere, quam paucis a-
gere. Erit locus accuratori de ea re sermoni alio tempore.

Mutationes quibus efficitur, ut ciuitas desinat esse ciuitas,
feliciter exequitur *Grotius*. Cumque vi vel maiore, vel humana *l. B. 2, 9, 4.*
illæ fere constent, non potest esse res obscura, quæ se ipsa demon- *& 5. & 6.*
strat & oculis ingerit.

Redeundum ergo est ad illam quæstionem nostram, quan-
do ciuitas ogeris, non modo eadem, sed eiudem forma ac status? Oc-
currunt hic acta à magistratibus, curatoribus, legatis, ministris
ciuitatis. Cuius generis sunt sponfiones, sicut in exemplo Cau-
dinæ sponfionis fule disputatur apud *Liuium*; & explicatur apud *lib. 9. cap.*
Grotium. Quia tamen seriis & grauibus argumentis, inania quæ- *2. & seqq.*
dam accesserint, non negauerit, qui illud ludibrium considerat, *l. B. 2, 15, 3.*
cum *Postumium* deditus genu feccialis Romani magna vi perculit, *& 16.*
inquiens, se *Samnitum* ciuem esse, illum legatum, feccialem à se con- *Liui, 9, 10.*
traim gentium violatum; eo iniustus bellum gesturos. de qua *περὶ προ-*
γία merito queritur Pontius Samnis, & increpat: Ita dii credent,
Samnitum ciuem *Postumium* non ciuem Romanum esse, (fuiisset sane
ciuis Samnis, si deditio accepta esset, non tamen inde conficere-
tur. quod sequitur.) & à *Samnite* legatum Romanum violatum. eo
vobis iniustum in nos factum esse bellum. Hæc ludibria religionum non
pudere, in lucem proferre, & vix pueris dignas ambages senes ac con-
sulares fallenda fidei exquirere? Sed de illis quidem, qui præter
terminos mandati agunt aliquid, dictum est alibi. Nonnunquam *Dissert. de*
autem de formula & significatione mandati dubitatur. Putat *religione*
Grotius, Iulium Cæsarem nomine ciuitatis non bellâ se aduersus *mandati.*
Arionium: auctoritatem *Catonis* in hoc sequens, qui id factum *l. B. 1, 3, 5.*
improbabat. Sed Cæsar tuetur se *Senatusconsulto*, quo *M. Me-*
seba, *M. Pisone* *Cos.* *senatus censuerat*, vii quicumq; *Galliam* provin- *Cæs. bell.*
ciam obtineret, quod commodo *Reipublica* facere posset, *Aduos* cete- *Gall. 1, 35.*
cosq; *amicos populi Rom.* defenderet. *Hadui* autè de *incurfionibus Ger-*
manorum querebatur. quâ *Florus* iustissimâ bellandi causâ existimat. *Flor. 3, 10.*

lib. 15. ep. 2. *lib. 39.* **Videri meretur.** *Ciceronis* sententia, quid ex similis *Senatus* consulti formula sibi licere putauerit, in *Epistolis*. Quin ipsam extraordinarii imperii potestatem ita sibi oblatam à *Senatu* populoque *Cæsar* differit, apud *Dionem*, ut liberum ipsi iudiciū relinqueretur, quibus esset bellum inferendum. Speciose hunc locum ibi tractavi, videas, quanquam non tacet *Historicus* cupiditatem bellandi in *Cæsare*, & quæ sitas studiosius occasiones. Quo rerum animorumque habitu, iterum quæri solet: an actum à civitate haberi debeat, cuius agendi potestatem accepit quidem actor, sed præpropere & animosius exercuit? Quales errores, cum non possint in actionibus humanis ad liquidum redigi, aut minutatim demonstrari; humanius videtur omitti disputationem in ambages & tricasituram.

*Excerpto
legat. 39.*

Sine controversia autem transgressus est mandata suæ civitatis *Callicrates* apud *Polybium* *Acheorum* legatus; imò mandatis contraria in *Senatu Romano* disseruit, quod ut posset audere, contrariæ domi factiones efficiebant. Reliquorum interim legatorum silentium nullo modo excusandum est; qui cum *Callicratis* proditionem minime probarent, non sunt ausi tamen contra hinc. Quæ res monere potest civitates, in quibus præsertim non omnes eadem de republica sentiunt, ut videant, quos suæ voluntatis interpretes legant, aut colligant. *Acheis* certe hoc initium mutatæ in deterius reipublicæ, *Historicus*, fuisse ostendit. *Romani* enim, licet satis scirent, civitatis mentem longe aliam esse, quàm ex legato proditore audierant, hanc occasionem suam esse rati, libertati *Acheorum* imminebant.

Servabimus ordinem quæstionum per varias rerum publicas formas. In *Regnis*, vere talibus, acta *Regis* sunt acta civitatis. Etiam cum præter voluntatem *Senatus* aliquid fit. Pro ingenio & indole *Regum* (semper de vero regno loquimur, non de mixto statu) maior minorve solet esse *Conciliorum* & *Senatus* auctoritas. Ea occasio & materia disputationis: quæ non alio in regno, maiore libertate ac eloquentia mota sapius est, quàm in *Gallia*: ubi *Curia* ius admonendi *Regis* de edictis conditis, habet. quousque? an etiam in publicis negotiis reliquis? *Senatoris* auctoritas patroni extendunt: *Regi*, ut *Herculis*, partes, non patientur

patiuntur sibi clauam e manibus extorqueri; vincuntque: cinitatis esse, quæ Regi placuerunt, etiam si curiæ displiceant. Disputatum est acriter hac de re in Curia Parisiensi anno huius sæculi vicesimo. Verduno Senatus Præside, auctoritatem ordinis vindicante; Varzo Regiam maiestatem in omnibus summatim & irrefragabilem demonstrante & euincente, sicut vberius refert *Bartholomæus Gramondus*. Ius regium non segniter passum tuetur, qui de ministeriis Cardinalis Richelii scripsit. *Permissam, inquit, à Regibus Senatui admonitionem, quotiens modestè vsurpatur, nec ut proprium ius vindicatur, magna auctoritatis esse. neq; tamen obligari Reges, ut sententiam Senatus exquirant, aut eam omnino sequantur. Licet enim alibi certis sub legibus suscipiatur regnum, aut ab ordinibus pendeat, Gallorum tamen Reges indefinita & libera potestate imperare.* Similia de Anglorum Regibus legas: quod licet maximam Senatus auctoritatem agnouerint, regio tamen iniuri intercedere eam noluerint; & prudentiæ quidem causa capius ad curiam retulerint, quæ sui iuris esse de cetero non dubitauerint. De Henrico VII. summatum *Baconus: Monetarum regim, & belli ac pacis tractatus & consilia, & rei militaris administrationem, (quæ omnino absoluti iuris sunt) sæpenumero ad Comitatus regni deliberationes & suffragia referebat.* Neque *Elisabetha* dubitauit subinde Curiam, modestiæ admonere, & reuerentiam iuris Regii ordinibus commendare, imo plenis comitiis denunciare; *cauerent Principis patientiam ledere* Cuius generis sententiæ male accomodantur adulantium artificio ius Principibus, qui adstrictam lege & partitam cum Ordinibus potestatem obtinent: ut paulo post dicitur.

lib. 5. histor. Hist. ministeriis Cardem. Rich. lib. 6. c. 5. adde lib. 3. cap. 23.

Histor. Henr. VII.

Camden. part. 1. an. 1566.

Quid? si in regno accurate sic dicto *Seianus* aliquis, Principem suis præstigiis huc illuc agitat, & indebitam priuato arbitrio potestatem sibi vindicat. an, quæ egit, Regis, id est, cinitatis, non videbuntur? Dicet sententiam contra, Rex, ut primum spoliatus excussus, alienorum peccatorum pudorem non feret, & dicet regie; ut omnes intelligant, non impune atrectari iura vni debita, cui Deus dedit. Recte monuit *Antonius Perezius Dusem* in *Epistol. 1. 1. cum S. Ioannes ad pedes Angeli cuiusdam, illum adoratum abiecerit se vellet, Angelus intercessit his verbis: caue feceris; con-*

ad ips.

servum enim tuum sum. sibi dictum hoc paret Aulicus, & quanto demis-
 sione cultu adorari se a gentibus videt, tanto magis illos sibi nocturos
 honores repellat, & non magis alios, quam se Principis ministrum esse
 cogitet. Moderetur itaq; fortuna sua, dicatq; : vide ne feceris; *nam*
 conservus tuus sum. --- Tandem enim in Principe *susceptus* &
 excitatur naturalis ille Zelus, affectus amore multo potentior, quã
 qualem ferre nequit, sed omnes scire vult, quanta inter Dõminum &
 servum sit differentia. Fit hoc, vbi intra tyrannidis facinora, so-
 la ambitione peccatum est, quid, si Regii nominis obtentu mi-
 nister tyrannus gressetur? *Dura necessitas hominibus liberis, qua ty-*
ranno parere coguntur sub bono Principe; inquit ille, qui persuadet
 Regi, ut publica vsurpantem, ultimo supplicio privatae fortis ad-
 moneat. Quod cum factum esset, placuit in mortuum legẽ agi,
 quo traducta ad posteros viri memoria, qualis vixerat, amoveret suspi-
 cionem iniusta cadis: tyrannidũ vsurpata, amora pecunie publice,
 populi oppressi postulatio in ipsum instituitur, auctore Aduocato fisci.

*Gramond.
 lib. 2. hist.
 de Aduocato.*

In Aristocratia, consideraturis diligentius hanc quaestio-
 nem, opus est ad diuersa huius reipublicae genera attendere. Est
 enim Aristocratia alia simplicior, & vno collegio, nec nomini-
 bus, nec iure distincto comprehensa: alia autem pluribus colle-
 giis distinguitur, lateque diffunditur. In vtroque genere, non
 tam arbitria hominum, quam leges valere debent, ut valeat pu-
 blica ciuitatis auctoritas. Sed in priori genere, ut minus peri-
 culi, ita rarior in hac quaestione dubitatio. nisi quis eadem in o-
 culis habeat, quae modo de regno dicta sunt. Nam si in Aristo-
 cratia fiat, ut ceteri eiusdem iuris participes, paucis aliquibus
 concedant, eorumque de sententia omnia decerni, agique pa-
 tiantur, plerumque bona cum pace & gratia restringitur, si ceteris
 exemplis *Liuianis* constat: neque disputatur de auctoritate rei-
 publicae. Si autem obliquas per artes, & ceteris agere ferentibus,
 pauci aliqui omnia ad se trahant; tum, si mature auctoritas le-
 gum opponatur, facile impediri potest, ne res in oligarchiam de-
 generet. At vbi Aristocratica vis collegiis laxius distributa est
 non minimi momenti dubitationes, & nisi praecidantur, con-
 tentiones de republica oriri possunt. Finge; Collegio quidam, & e
 certo numero de optimatibus commissam esse administrationem sole n

*lib. 7. c. 6.
 & lib. 111.
 cap. 70.*

nc.

non & statam magni, & ad republ. spectantis negotii: sed nomini
 & iure omnis optimatum ordinis exercendam. illud collegium au-
 tem paulatim proprio nomine, & ut sui iuris negotium id tractare.
 Potest enim fieri, ut ab initio satis clara res sit, adeoque formulis
 scripturæ, quas sollicitudo & cautio futuri gignit, non perscriba-
 tur: progressu autem temporis non æque in obuia luce consti-
 tuatur. parata iam erit quæstio: an, quia non cautum est di-
 fertis literarum verbis, rerum primordia non satis argumenti ha-
 beant: tum imprimis (ut ad auctoritatem publicæ actorum re-
 vertamur) an non reliquo ordini optimatum, cuius nomine an-
 gustior numerus tractandum accepit negotium, ius fasque sit
 intercedere, agendi modum definire, sententiam suam interpo-
 nere? an commissum quidem, sed ordinatum, solenne, heredi-
 tarium munus omnem censuram & examen & participatio-
 nem respuat? an ipsa committendi ratio, auctoritatem commit-
 tentium integram æternamque præstet? Finge amplius: Colle-
 giæ quædam, dignitatis & conditionis suæ ratione distincta, pari iure
 ad certum negotium concurrere: prerogativam autem ordinis & loci
 liberalius de prerogativa iuris explicari: aut par ius, ad disparem ex-
 ecutionis rationem ablegari. Quæstiones, inquam, possunt hic or-
 riri, quarum exempla nemo lubenter disceptat.

In *Democratia* validam, de auctoritate publica actorum &
 agendorum, quæstionem mouet *Lysias*, quando ad Athenienses
 mirabundus inquit: ὑμῶν δὲ ἄξιον θαυμάζειν, ὅτι οἷα δὲ μὲν δη-
 μοκρατίαν εἶναι, γίγνεται δ' ὅτι ἀν' ἑτέροις βέλονται. Merito vos mire-
 tur aliquis, quod putatis *Democratiam* siue *populare imperium* esse,
 & sic tamen quodcumq; isti volunt. Demagogos intelligit: quos
 & graphice describit: sicut & *Demosthenes* & *Isocrates* passim.
 Sed quotiens populus evigilat, & se deceptum intelligit, exitium
 sibi tales inveniunt. Id quod evenire etiam solet in magi-
 stratum actis, præter legum præscripta, & mentem populi actis.
 Sed, quæ alias hic dubitantur, ex iis, quæ dicta sunt, & dicenda,
 non iudicari poterunt.

Crebrior enim disputatio est in mixto statu reipublicæ, quid
 ius egerit. Non est alibi plus opportunitatis, ambiciosi &
 vici consiliis. Prima fraudis in hoc genere origo, ex ipsa de-
 scriptione

Orat. 24.
 ὅτι οἷα δὲ μὲν δη-
 μοκρατίαν εἶναι,
 γίγνεται δ' ὅτι ἀν'
 ἑτέροις βέλονται

scriptione mixti status: quotiens à *mixtura*, *temperamentum* non distinguitur. Illa enim vox unice ad formam ciuitatis; hæc ad modum administrandi, haud raro à forma nominabil discrepantem, referenda est, si accurate velimus loqui. non, quasi non permixtari illas contingat; sed quod philosophari volentibus omnis consilio vitanda est. Notum est, non dari fere hodie Democracias, nisi Aristocraticæ, non mixtas (aliud enim id est) sed temperatas. qualem Athenis omni ope consilioque optabat *Isocrates*, adeò, ut non aliud sibi in republica negotium potius dari arbitraretur. Si temperamentum istud Aristocraticum, de mixtura interpretaberis, iam data est via quaestioni, de qua agitur. Sub *temperamentis simulacra* etiam continentur. quæ pro veris rerum momentis, & pro iure reipublicæ venditate, inter artes politicas, variis de causis, adhibetur. *Contareni* calamo ita describitur; ex proposito quodam secreto, Venetorum reipublica, quasi ex Monarchia, Aristocratia, Democrazia mixtus esset status, cum nihil aliud quàm Aristocratia sit: neq; ex aliis formis quicquam trahat præter temperamenta & simulacra.

Sicut autem ex temperatione ad rationem agendi pertinente, facere mixturam, quæ participatione iurium maiestatis definitur, multis solenne est: ita mixturam pro temperamento interpretatur vel ignorantia philosophiæ civilis, vel adulatio. & sua cuique utilitas. præsertim in *statu ex Monarchia & Aristocratia mixto*. Ibi enim Principem, quotiens primus esse debet, solum volunt aspectare, qui aulam patriæ, domum reipublicæ præferunt. Quantum est rerum, quæ ciuitatis & reipublicæ nomine præscribentur; plerisque imperii consortibus ignorantibus, aut contradicentibus gesta! Loquuntur *Acta publica*, quæ vocant, ubi homines tacent. Igitur hac vice nihil adiciemus: cum præsertim alibi dixerimus de perniciofa & impotenti sophistarum consuetudine, quæ ex consortibus imperii, consiliarios; ex imperantibus, magistratus; ex domesticis, peregrina; ex nouis, vetera redigere, artificio plusquam Colchico potest.

Relat. p. 10. lib. 1. c. 5. sect. 4. s. 4. & c.

Ceterum in hac quaestione tractanda prorsus ferri non possunt, illa *Arnisai*: *Vbi distinguitur inter contractus, qui ineuntur à solo maiestate; & qui ineuntur ab omnibus ciuibus.* Nihil enim certius apud

quæ Philosophos hac sententia : quicquid maiestas agit, siue,
 quicquid habentes maiestatem agunt, id à ciuitate, atque adeo
 in omnibus civibus actum ceneri debet. Neque quicquam ab
 illis dicitur potest, quàm summam potestatem ciuitatis, ciuitati
 opponere. in quemcunque enim vel quoscunque, ciuitas sum-
 mam potestatem contulit, ille vel illi referunt personam ciuita-
 tis. Si ergo omnium ciuium potestas superior erit maiestate; duo
 summa in eodem ordine statues; & vni corpori duo capita im-
 ponas, id est, monstrum facies. Frustra excipit *Arnsæus*: neque
 enim maiestas vbiq; repræsentat totam rem publicam: imprimis in re-
 bus publ. corruptis. Vaga hæc sunt & nullo scientiæ fundo con-
 cepta. nisi enim argutari velis in vocabulo maiestatis, summa po-
 testas vbiq; est vnica causa actorum à ciuitate aut agendorum.
 sicut autem ciuitas, etiam iniqua agens, non statim definit esse
 ciuitas: ita vbi summa potestate abutuntur, qui ea præditi sunt,
 non statim solutus intelligitur ille ordo quo ciuitas est ciuitas.
 quod *Aristoteles* sæpe inculcat. & exemplo Democratia vitiose
 ostendit. quod si considerasset *Arnsæus*, non subiecisset prioribus
 illa: *In omni enim prolapsa re publica agitur contra bonum totius ci-
 uitatis; & proinde contractus nequeunt toti reipublice imputari; sed
 manent penes eos, qui in fraudem reipublice contraxerunt.* Abun-
 de enim hæc profligantur exemplo Aristotelico Democratia
 vitiose. in qua si tota multitudo contra bonum suæ ciuitatis e-
 rit, penes quos manebit culpa male actorum, à ciuitate scilicet,
 ut vult *Arnsæus*, removenda? Illud quoque postea crude adit-
 tur: *Quin & ipsi iure nulla sunt, qua contra vtilitatem publicam
 contracta sunt, siue ab iniusto reipublice possessore contrabantur, siue
 iniusto.* Latet fraus in præscriptione vtilitatis publicæ: quæ nec in
 vna rep. vno modo æstimatur: adeoque non nisi expressis ex-
 ceptis intelligitur. Dicent aliqui, vtilitatem publicam esse, quæ
 omnium omnino ciuium commoda spectat. Atqui sunt ciui-
 uitates, nec statim tyrannidis damnandæ, vbi omnia præcipue ad
 vnius commodum referuntur. Quid oppones illius contracti-
 bus, qui ciuitatem in patrimonio habet, etiam si ciues non existi-
 ment ad suam vtilitatem istos pertinere? Sed hæc hæctenus.

Qui interim à civitate agreda, Sibi vindicant, illi profanas
 rebus sacris manus admouent. id est, ut clarius dicam, lèse ma-
 iestatis rei sunt. Apud *M. Senecam* annotatur: *Is Ladus populi*
lib. 4. con- *Romani maiestatem, qui alicuius publico nomine facit: tanquam fil-*
trouers. 2. *gatum falsa mandata affert, sic audientur tanquam populus Romanus*
illa dederit. Imperator se ipsum percussit, videtur populum Rom. percus-
isse, & continetur invito fudere. Ex precefferat quod reperitur
lib. 9. de- *in Excerptis: In eo quod sub pretextu publicæ maiestatis agitur, qui-*
dam. 2. *quid peccatur, maiestatis actione vindicandum est. De fudere licet ac-*
 cipe, ut à sponfione distinguas: nempe, si Imperator, cum non
 nisi spondere posset, fonderis faciendi potestatem, quasi à ciuitate
 sibi permissam, vindicasset, ac ciuitatem ignaram, imitamq;
 obligare voluisset. Accurate enim omnia hic capienda sunt;
 neq; illuc descendendum (quod ap. *Senec.* disputatur) ut quicquid
 magistratus, obtentu publici officii, peccat, hoc crimine cenlen-
 dum sit. Si enim ita accipias illa verba; *in eo, quod sub pretextu*
p. m. explicatione opus habebunt.

Annotatum est antea, ciuitatem, quæ res alienam contra-
pag. 6. & 7 xerit, cum libera esset, non solvi debito, si in formam provincie
 redigatur, & fiat pars alterius ciuitatis. Verum hoc esse puta-
 mus, etiam si bello facta sit hæc mutatio: cum hæc tamen excep-
 tione, nisi hostibus victoris debeat ea pecunia. Ius enim bel-
 li non modo in bona & corpora hostium, sed etiam in iura eor-
 um porrigitur. Si autem debeat non - hostibus, tam victor,
 si laudem iustitiae amat, non debet intercedere iuri, quod natura
 dicitur. nisi quod, necessarias ob causas differri tempus solutio-
 nis posse, fatendum est. Quid? si hostibus tuis alii debent
 pecuniam: poterisne debitoribus hoc nomen remittere? Ma-
 nente bello, frustra & sine effectu hoc tentaueris. Sed subacta
 ciuitate creditrice, & firmata possessione, si hoc feceris, iam de
I. B. 3. 8. 4. tuo liberalis esse poteris. Videatur *Grotii* demonstratio.

De ciuitatibus iniqua agentibus, aut ex iniquorum cœtu
 conflatis, etiam recte putamus *Grotium* definiuisse. Vbi etiam
I. B. 3. 3. *2. & 3.* de corruptis ciuitatibus aliquid annotatur. In quibus haud fa-
 cile est pronuntiare, nisi postquam corruptissima respublica, ad
 alium aut meliorem statum emerferit. Figuras quoque non
 oportet

oportet accipere, ut proprie dicta. Quid uisitatius, quam magnam aliquam corruptionem, aut conuersionem, ut euetfionem & destructionem exaggerate? κακοπολιτείαν pro ἀναρχία interpretari? concussionem pro interitu? Quæ in hac quæstione probe discernenda sunt. Qui προηρόπολις Philippi Macedonis adfecunt, cum de ciuitate describenda agitur, non satis attendunt, quid dicant. Non fuit illa ciuitas, ut hîc accipitur; sed in magna ciuitate, loco seposito, quædam quasi custodia, continendis seorsum, qui ciues ceteros inquinaturi erant suo conuictu. Sicut ex Theopempe Suidas tradit.

Arniſto
Relat. p.
lit. l. 6. 3.
c. 1. ſect. 2.
ſ. 16.

Ἰσοκ.
πρωτοτ.

Corollarii vice adiecta.

I.

Differentia inter Regem & Regnum, non recte traditur in Franco-Gallia cap. 19.

II.

Regnum Gothicum in Italia, noua ciuitas fuit. ut & regnum Longobardicum, & in Neustria Normannicum.

III.

Roma, quotiens exteris subiecta est, eadem vrbs, non eadem ciuitas fuit.

IV.

Arduum, sed Heroicum opus est, quod Anonymus Rhetoric. Aristotel. Scholiastes (quidam Alexander Aphrodis. putant) ad 3. Rhetor. p. 66. notat: τὰς πόλεις ἀνομαλίσαι. ὅταν τὴν ἐν τῇ πόλει διαφορῶσιν ἀνισότητα (ἐν τῇ τῶν μὲν ἕναι πλουσίων, τὰς δὲ πτωχῶν ἢ τῶν μὲν δυνάσας, τὰς δὲ ἀδικοῦντας) πηρῶταί τις ἰξισῶσαι. Ciuitates ad æqualitatem redigere: quando quis inæqualitatem, quæ in ciuitate spectatur, inter diuites & pauperes, præpotentes ac iniquos, & oppressos ac iniqua patientes, ad æqualitatem reducere studeat,

Ad

Ad eximium Dn. Respondentem.

Publica priuatis agitari sæpe per orbem
Auspiciis, quæ non sæcula visa queri?
Rem facis, ingenio quæ sit dignissima ciue,
Cum quæris tanti vim feriemque mali.

*Boni ominis causa
adi.*

Io. Henricus Boeclerus,

**Præstantissimo Dni. Johanni Zechio,
Respondenti.**

Quam pugnam, Zechi, subiisti, docte, Parente
Per mortem ad plures nuper cuncte tuo.
Cum fas Mercurium voluit te castra lucrosa,
Pauperis omisa Palladis arce, sequi.
Depugnata eadem mihi quondam est, auspice Christo.
Nec me, quod statio hæc est mihi tenta, piges.
Nec te poeniteat, constantem Palladis arma
Trahere, & studiu invigilare tuis.
Si sapimus rectè, vulgò paradoxon, habere
Divisias, solos, qui sapiunt, sapimus.
His opibus fressi, securè sternimus omnes
Iacturas furum, temporis, ignis, aqua:
Et quamvis inopes, cum Paulo dicimus; omnes
In Christo fidâ mentē tenemus opes.
His conquirendis opibus modo fortius instā.
Hæc, animi merces sedulitate lege.
Sic aliquando factus dives, ditabis abunde
Multos, quos quares, cœu sacra lucra, Deo.
Et dices, valeant mundi bona. Mens pia, seruo
Quæ contenta sua, sunt mihi magna lucra

gratulabundus scribebam
Balthasar Scheid Theol. D.
L. L. Orient. Prof.

Auspicio

Auspicio illuſtri profert dum ſplendida dona
ZECHIVS ingenii;
Ominibus notis clariffima quæque vovere
Huic patriæque licet.

amicitiæ cauſa auloꝝ edius ſcr.

Robertus Kœnigsmannus,
Eloq. Profeſſor.

Eximio DN. Diſſuſanti

JOHANNI ZECHIO,
Amico ſuo.

Qui publicè & ſolemnibus congreſſibus
Dare ſymbola ſtudebis exigentibus
Quas poſcimus Academicas ZECHI optime
Tibi gratulabimur Hoſpites Academici
Cantabim ipſe. nam canunt poſt ſymbolas.
benevol. ſcr.

M. Johannes Fauß, Log. &
Metaph. Prof. P.

Ad Praſt. & Amant. Dn. Zechium.

DE civitatis actibus dum diſſeris,
Ac publicum diſcernis à privo bono:
Et Universitas & alma Patria
Ciuem bonum laudabilemque Te vocat.

A. & H. E.

f.

M. Elias Veiel.

F I N I S.

I. N. F. CH.
De actione legibus prodita, aut
non prodita,
adversus

INGRATOS DISQUISITIO.

De qua
In Inclita Argentoratensi Academia

P R A E S I D E

JO. HENRICO BOECLERO,

Historiarum Professore ordinario,
Coll. Philosoph. h. t. Decano,

In solenni auditorio

respondet

d. 7. Junii

JOHANNES CHRISTOPHORUS WALTHERUS
Rotemburgensis,

ARGENTORATI,

Typis FRIDERICI SPOOR.

Anno M. DC. LX.

